ρας ὦ ἰχῶρες.

Deriuata, adeoq; ὐbalia τως finiẽtia, per ορος faciũt gtõs, ut πολυΐσως πολυΐσορ. Adde his ꝓpria ἔκτως ἔκτορος, μέντως μέντορος, νέσως νέσορος, ꝙ à ὐbis deriuata sint.

Sing. ὁ ἑκάτως τοῦ ἑκάτορ τῷ ἑκάτορι τὸν ἑκάτορα ὦ ἑκάτορ.

Dua. τὼ ἑκάτορε τοῖν ἑκάτοροιν.

Plur. οἱ ἑκάτορες τῶν ἑκάτορων τοῖς ἑκάτορσι τοὺς ἑκάτορας ὦ ἑκάτορες.

IN ερ.

Per ερ genitiuos faciunt, ut χείρ.

Sin. ἡ χείρ τῆς χειρός τῇ χειρί τὴν χεῖρα ὦ χείρ.

Dua. τὼ χεῖρε mutato genere, non τὰ χεῖρε τοῖν χεροῖν.

Pl. αἱ χεῖρες τῶν χερῶν ταῖς χερσὶ τὰς χεῖρας ὦ χεῖρες. Et diphthõgo incisa, poetice

ἡ χείρ τῆς χειρός τῇ χειρί τὴν χείρα
τὼ χείρε τοῖν χερο῀ν
αἱ χείρες τῶν χερῶν ταῖς χερσὶ τὰς χείρας.

IN ς.

Litera σ mutabilis est, ut & apud Latinos. Nec enim in declinãdo manet, per inde atq; ν aut ρ. Sed in τ aut δ ferè mutatur. Nonnunq; abiectam nulla alia con-

sonãte mutamus,ut χάρις χάριτος, παλλάς παλλάδος, ἐριννύς ἐριννύος. Cum nominibus ν aut ς desinẽtibus,ferè tantum ος adponatur,ν aut ρ manente,ut παιὰν παιᾶνος νέσων νέσορος. Ἀς.

In ας masculina ,ppria sunt, ut ἄτλας. Fœminina quæ ultimas acuũt,λαμπάς. Neutra,quorũ frequentissimus usus est, ut κέρας. Masculina & fœminina simpliciter declinantur,neutra etiam contrahũtur, ut κέρας κέρατος, & elisa τ, κέρα & κέρως. De quibus infrà in declinatione quinta contractorum.

Masculina ,ppria genitiuum per αντος faciunt,ut ἄτλας ἄτλαντος.

Sin. ὁ αἴας τοῦ αἴαντος ᾧ αἰανὶ ἔρ αἴαντα ὦ αἶαν.

Du. τὼ αἴαντε τοῖν αἰάντοιν. (αἶαν.

Plur. οἱ αἴαντες τῶν αἰάντων τοῖς αἴασι τοὺς αἴαντας ὦ αἴαντες. Sic πᾶς παντός.

In σ definentia,tantum ι apponunt nominatiuo,factura datiuum.

Fœminina in άς per άδος faciunt genitiuum,ut παλλάς παλλάδος.

Sin. ἡ λαμπάς τῆς λαμπάδος τῇ λαμπάδι τὴν λαμπάδα ὦ λαμπάς.

Dua. τὰ λαμπάδε τῶν λαμπάδοιν.
Plu. αἱ λαμπάδες τῶν λαμπάδων ταῖς λαμπάσι τὰς λαμπάδας ὦ λαμπάδες.
Sic φυγάς φυγάδος. Duo adiectiua μέλας & τάλας, faciunt genitiuos μέλανος τάλανος.

ΕΣ.

In ες huiᵒ formæ nō sunt, nisi cōtracta primæ declinatiōis, de qbus suo loco.

ΗΣ.

In ης substātiua masculina, itē fœminina regulariter p τος faciunt gtōs, ut ὁ λάχης λάχητος, Laches Lachetis.
Sin. ἡ φιλότης τοῦ φιλότητος τῇ φιλότητι τὴν φιλότητα ὦ φιλότης.
Dua. τὰ φιλότητε τοῖν φιλοτήτοιν.
Plu. αἱ φιλότητες τῶν φιλοτήτων ταῖς φιλότησι τὰς φιλότητας ὦ φιλότητες.

ΙΣ.

Nulla terminatio toties uariat, quoties ις. Communiter autem tam masculina q̄ fœminina p δος genitiuos faciunt, τὶς τι νός suprà in articulis declinauimus.
Singula. ὁ πάρις τοῦ πάριδος τῷ πάριδι τὸν πάριδα ὦ πάρι.

Dual. τὼ πάριδε τοῖν πᾰρίδοιν.

Plur. οἱ πάριδες τῶν παρίδων τοῖς πάρισι τοὺς πάριδας ὦ πάριδες.

Et uariata masculinorũ talĩ declinatione: Sin. ὁ πάρις τοῦ πάριος ᾧ πάρι τὸν πάριν ὦ πάρι.

Dua. τὼ πάριε τοῖν πᾰρίοιν.

Plu. οἱ πάριες τῶν παρίων τοῖς πάρισι τοὺς πάριας. Sic μάντις & c.

Nota ὄις ὄιος ὄϊ ὀιός, φθόις φθοῖς φθόιος φθοιός.

Sing. ἡ χάρις τῆς χάριτος τῇ χάριτι τὴν χάριτα ὦ χάρις.

Dua. τὰ χάριτε ταῖν χαρίτοιν.

Plu. αἱ χάριτες τῶν χαρίτων ταῖς χάρισι τὰς χάριτας ὦ χάριτες.

Poetæ sæpe datiuos augent epenthesi, ut χαρίτεσσι.

Hic obseruandum est, uarie declinatum θέμις.

Singul. ἡ θέμις, τῆς θέμιδος communiter, θέμιτος dorice, & poetice θέμιστος, σ appositum, ut Homerus Odysseæ ε. λίσσωμαι, ἡ μὴν ξεινός ὀλυμπίδ', ἠδὲ θέμιστος. Obseruabis item ὄρνις ὄρνιθος.

Verbalia, ut τάξις τάξιος, & pleraq; alia, q̃ facilius obseruatione & usu linguæ, q̃ regula cõprehẽderis, ad declinationẽ secũdam cõtractã ptinent, ut ὄφις ὄφεως.

ρς.

In υς substãtiua gtõs p υος faciunt, ut

Si. ὁ βότρυς τοῦ βότρυος ὁ βότρυ τῷ βότρυϊ τὸν βότρυν poetice & βότρυα, ὦ βότρυ.

Dua. τὼ βότρυε τοῖν βοτρύοιν.

Plu. οἱ βότρυες & βότρυας τῶν βοτρύων τοῖς βότρυσι τοὺς βότρυας ὦ βότρυες ἢ βότρυς.

Sic ἐρινύς. Excipe χλαμύς χλαμύδος, ἡρωικὸς ἡρωικύδος.

In υς adiectiua, formant gtõs per εος, ut

Si. ὁ ἡδύς τοῦ ἡδέος ὁ ἡδεῖ, & cõtractim ἡδεῖ, τὸν ἡδέα ἡδῶ ὦ ἡδύ.

Dua. τὼ ἡδέε, ἡδῆ raro, τοῖν ἡδέοιν.

P. οἱ ἡδεῖς & ἡδέες, ταῖς ἡδείαις τοῖς ἡδέσι τοὺς ἡδέας & ἡδεῖς ὦ ἡδεῖς & ἡδῆς.

In hunc modum flecte & neutra, ut ἡδύ, γλυκύ & c. Fœminina eẽ hui⁹ formæ, ut ἡδεῖα γλυκεῖα, ad secundã declinationem simplicitũ ptinent. ὀς.

In ος non finiunt huius declinationis nomina, nisi neutra participia præterita,

ut τετυπός τετυπότ, & quæ in prima cō tractorum declinatione recensebuntur, ut μέλ χάρ.

Ως.

Nominatiui ως finientes, regulariť formant genitiuos per ωτ, ut φῶς φωτός. Propria, ut μίνως, & alia quædā ut ἥρως, faciunt genitiuos per ω, ut ἥρως ἥρωος, τρὼς τρωός, ἅμὼς ἅμωός.

Sin. ὁ γέλως τοῦ γέλωτος τῷ γέλωΐ τὸν γέλωτα ὦ γέλως.

Dua. τὼ γέλωτε τοῖν γελώτοιν.

Plur. οἱ γέλωτες τῶν γελώτων τοῖς γέλωσι τοὺς γέλωτας ὦ γέλωτες. Ἀυς.

In αυς inter anomala recēsentur, quanquam regularis sit declinatio, uariant autem casus multipliciter, tm̄ ppter cognatarum literarum α η ε mutationem.

Sing. ἡ ναῦς & νηῦς φλ ναός ηλ νηός, & νεώς attice, τῆ ναΐ ηλ νηΐ τὴν νάα ηλ νῆα ὦ ναῦ ὦ ναῦς ηλ ναῦ ὦ νηῦς. Sic γραῦς.

Dua. τὼ νᾶε ηλ νῆε τᾶιν ναοῖν ηλ νοῖν.

Plu. αἱ νᾶες νῆες νέες, τῶν ναῶν νηῶν νεῶν, ταῖς ναυσὶ νηυσὶ νέεσι, τὰς νῆας νέας ναῦς νηῦς, ὦ νᾶες νῆες νέες. Αις.

Per τος genitiuos faciunt, ut παῖς.

S. ὁ παῖς τοῦ παιτός τῷ παιτί τὸν παῖτα ὦ παῖς

Neutrum σαὶσ σαιτός.

Du. τὰ παῖτε τοῖν παιτοῖν.

Pl. οἱ παῖτες τῶν παιτῶν τοῖς παισὶ τὰσ παῖτας ὦ παῖτες. Ἐις.

In ες passim gtōs per εντος faciunt, ut λαριόες λαριόεντος, Deme κλεὶς κλεῖδός, αὐτήρες αὐτῆρετος.

Singu. ὁ χαρίεις τοῦ χαρίεντος τῷ χαρίεντι τὸν χαρίεντα ὦ χαρίεις χαρίει χαρίεις.

Dua. τὼ χαρίεντε τοῖν χαριέντοιν.

Plu. οἱ χαρίεντες τῶν χαριέντων τοῖς χαρίεσι χαρίεσι τοὺς χαρίεντας.

In hunc modum & neutra horum adiectiuorū flectunt. ut χάριεν χαρίεντος χαρίεντι. Obseruabis in οεσ nomina cōtrahi, ut σιμόσ σιμοῦσ, σιμόεντος σιμοῦντος, σιμόεντι σιμοῦντι. Ἐυσ.

In ευσ noīa ad tertiā cōtractorū classem ptinent, præter unum anomalon, qđ formam ordinis utcunq; tuetur, ζεύσ.

Si. ὁ ζεύσ τοῦ ζηνὸς τῷ ζηνὶ τὸν ζῆνα ὦ ζεῦ.

Admittit & aliam formam, ξ in σ mutato pro natura literæ ζ.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1984126946/phys_0065

ὁ ξεύς τ ΔΙός τῷ ΔΙΙ τὸν Δία ὦ ξεῦ.
ὗες uide infrà de anomalis.

ους.

Multiplex forma est nominũ ος finienti um. Quædã eñ gtõs per οντος, quædã p ωΔ, quædã per ωτ, quædam simpli citer in ος mutata υσ díphthongi parte.

S. ὁ ποῦς τ ποδός τῷ ποδί τὸν πόδα ὦ ποῦς.
Dual. τὼ ποδοῖν τοῖν ποδοῖν.
Pl. οἱ πόδες τῶν ποδῶν τοῖς ποσίτους πόδας ὦ πόδες.
Sin. ὁ ὀδούς τοῦ ὀδόντος τῷ ὀδόντι τὸν ὀδόντα ὦ ὀδούς.
Dua. τὼ ὀδόντε τοῖν ὀδόντοιν.
Plur. οἱ ὀδόντες τῶν ὀδόντων τοῖς ὀδοῦσι τοὺς ὀδόντας ὦ ὀδόντες.
S. ὁ οὖς τ ὠτός τῷ ὠτί τὸν οὖς ὦ οὖς.
Dua. τὼ ὦτε τοῖν ὠτοῖν.
Pl. τὰ ὦτα, & frequens οὔατα, τῶν ὠτῶν τοῖς ὠσὶ οὔασι τὰ ὦτα οὔατα.

Id uero quidã cẽsent indeclinabile, & ab eo usurpari casus ab οὖας οὔατος & ὠτός.

Reliqua in ος uarie flectuntur, υς in ος mutantia.

Sin. ὁ νῶτος τοῦ νώΔ τῷ νῶτι τὸν νῶτα ὦ νῶτε.

Du. τὼ νόε τοῖν νόοιν.
Plur. ὁι νόες νᾶσ πᾶσι νοῦσι τοῖσι νᾶσί τουῖσ νόας νᾶσ ὦ νόες νᾶσ.
Sic & βᾶσ declinabis.
Idemq; nomen ſicut & pleraque alia, ut πλόοσ ῥόοσ.
S. ὁ νόοσ & νᾶσ contractim, ἡ νόσ νᾶ ᾧ νόῳ νᾷ ἐν νόοιν νᾶν ὦ νόε νᾶ.
Dua. τὼ νόω νὼ τοῖν νόοιν νοῖν.
Plu. ὁι νύοι νοῖ πᾶσι νόοις νᾶν τοῖσι νόοισ νοῖσ ἐνσ νόσ νᾶσ ὦ νόοι νοῖ.
Hic obſeruabis & ea, quæ per contracti onē ex οσ in σσ mutantē, ut πλακόεισ πλακοῦσ πλακοῦντοσ, ſicut & πλακόεντοσ.
λσ.
Sí. ὁ ἅλσ ἡ ἅλοσ ᾧ ἅλι τὸν ἅλα ὦ ἅλσ.
Dua. τὼ ἅλε τοῖν ἅλοιν.
P. ὁι ἅλεσ ἅλων τοῖσ ἁλσί τοῖσ ἅλασ ὦ ἅλεσ
ρσ.
S. ὁ μάκαρσ τοῦ μάκαρτοσ ᾧ μάκαρτι ἐν μάκαρτα ὦ μάκαρσ &c.
Aliâs & μάκαρ ἡ μάκαροσ, & ὁ μακάριοσ ἡ μακαρία efferē.
νσ.
Sín. ὁ τίρυνσ τοῦ τίρυνθοσ τῷ τίρυνθι τὸν τίρυνθα ὦ τίρυνσ &c.

In ϕ finientia certa regula cõprehendi nequeũt, alia per βοσ, alia p πρ, sed rara, alia p φοσ, sed rariſſima efferuntur, ut

Sin. ὁ ἄγραϕ τῶ ἄγραβοσ τῷ ἀγράβι τὼ ἄγραβα ὦ ἄγραϕ.

Dua. τὼ ἄγραβε τοῖν ἀγράβοιν.

Plura. οἱ ἄγραβες τῶν ἀγράβων τοῖς ἀγραϕι τοὺς ἀγραβας ὦ ἄγραβες.

ὁ κύκλωϕ τῶ κύκλωποσ, ὁ κίνυϕ τῦ κίνυφοσ.

Omnium declinabiliũ uocum paradigmata iuxta literarũ ordinem præſcripſimus, tuum erit ſtudioſe lector, ad ea exigere, ſi quod nomen inciderit flectendũ. Iam & noſtro exemplo te uelim q̃plurimum uocũ accumulare, quibus caſuum uarietates ac diſcrimina queãt exerceri.

Obſeruabis in hac declinatione à genitiuo οσ fieri nominatiuum declinationis tertiæ, ut ὁ ἄβαξ τῶ ἄβακοσ.

Hinc ὁ ἄβακοσ τῦ ἀβάκ ϑῷ ἀβάκω, & c.

Itẽ ab actõ α, nomen declinationis primæ apud latinos, ut ὁ κρατῆρα. Hinc hæc crater a, huius crateræ, huic crateræ & c.

Datiuum pluralẽ in hac declinatione obſeruabis.

Regula prima.

Vocali desinentia, σι nominatiuo adponunt, ut χαμμασι.

Secunda.

N desinentia, pro ν, σι nominatiuo adponunt, ut ἅτασι. Tertia.

P desinentia, ferè τμ̃ apponunt ntō σι, ut μάναξσι. Quæ excipiuntur, uide suprà.

Quarta.

In σ desinentia, ι nominatiuo adponunt, ut ἄιασι, ἄβαξι.

De contractis declinationibus.

Satis scio iuuentuti uideri contractorum flexū difficilem, sed eam uelim obseruare primū omnia cōtracta secūdum naturam suam ad quintam declinationē ptinere simpliciū, ut πόλισ πόλιοσ. Deinde cōtrahi solere, quia in ipsarū penultimis ac ultimis cōcurrunt uocales, in quibus cum hiatū uitare oēs linguæ soleāt, contrahunt iuxta cognationē literæ. Obseruabis igitur in contrahendo literarum cognationem. Cognatæ sunt α ε η. Cognatæ item ε η, item ε ι, item ει ῃ &c.

Terminationes.

Masculi. ης ut δημοδένης.
Communis, ης ut ἀληθής.
Neutra ες adiectiuorꝝ, ut ἀληθές.
Neutra ος substantiuorꝝ, ut χάος.

Masculina.

Sin. ὁ ἡμὶ ἡ ἀληθὴς τοῦ ἡμὶ φησὶ ἀληθέος ἀληθοῦς, ὦ ἡμὶ τῇ ἀληθεῖ εἶ, τὸμ ἡμῶ τὼ ἀληθέα ἀληθῆ, ὦ ἀληθές.
D. τὼ ☾ τὰ ἀληθέε ἦ, τοῖν ταῖν ἀληθέοιν δοῖν.
Plura. οἱ ἡμὶ αἱ ἀληθέες ἀληθεῖς, τῶν ἀληθέων ἀληθῶν, τοῖς ἡμὶ ταῖς ἀληθέασι, τοὺς ἡμὶ τὰς ἀληθέας εἶς, ὦ ἀληθέες εἶς.

Neutra adiectiua.

Sing. τὸ ἀληθὲς τοῦ ἀληθέος ὅς, ὦ ἀληθεῖ ἀληθεῖ, τὸ ἀληθὲς, ὦ ἀληθὲς.
Du. τὼ ἀληθέε ἦ, τοῖν ἀληθέοιν οἶν.
Plu. τὰ ἀληθέα ἀληθῆ accusatiuo & uocatiuo, τῶν ἀληθέων ἀληθῶν, τοῖς ἀληθέασι.

Neutra substantiua.

Sin. τὸ χαὸς τοῦ χάεος χαὸς, ὦ χάεϊ χαεῖ, τὸ χάος ὦ χάος.
Dua. τὼ χάεε χαῆ, τοῖν χαέοιν χαοῖν.
Plu. τὰ χάεα χάη, τῶν χαέων χαῶν, τοῖς χάεσι, τὰ χάεα χάη, ὦ χάεα χάη.

Nota uariam declinationem composito

rum nominum ἀπὸ τοῦ κλέος.

Ἡρακλέης.

Singu. ὁ Ἡρακλέης, τοῦ Ἡρακλέεος & Ἡρακλῆος & Ἡρακλέος & Ἡρακλέους, τῷ Ἡρακλέϊ, per syncopam Ἡρακλεῖ, & ionice Ἡρακλῆϊ, & Ἡρακλέῃ, scdm synæresim ab Ἡρακλέεϊ, & Ἡρακλῇ ab Ἡρακλέϊ, τὸν Ἡρακλέεα & Ἡρακλέα & Ἡρακλῆ & Ἡρακλέην & Ἡρακλῆα, ὦ Ἡράκλεες communiter, & Ἡράκλεας secundum synæresim, & Ἡράκλες secundum syncopen.

In duali numero.

Τὼ Ἡρακλέεε & Ἡρακλέε & Ἡρακλῆ, τοῖν Ἡρακλεέοιν & Ἡρακλέοιν & Ἡρακλήοιν & Ἡράκλοιν.

Plurali numero.

Οἱ Ἡρακλέεες & Ἡράκλεες & Ἡρακλῆες, τῶν Ἡρακλεέων & Ἡράκλέων & Ἡρακλήων, τοῖς Ἡρακλέεσι & Ἡράκλέσι & Ἡρακλῆσι, τοὺς Ἡράκλέεας & Ἡρακλέας & Ἡρακλῆας & Ἡρακλῆς. Vocatiuus similis est ntō.

Per contractionem sic flectes:

Si. ὁ Ἡρακλῆς, τοῦ Ἡρακλέος Ἡρακλοῦς, τῷ Ἡρακλεῖ Ἡρακλῇ, τὸν Ἡρακλέα & Ἡρακλῆ & Ἡρακλῆν, ὦ Ἥρακλες & Ἥρακλῆς.

D. τὼ Ἡρακλέε κλῆ, τοῖν Ἡρακλέοιν Ἡρακλοῖν.

Pl. οἱ ἡρακλέεσ ἡρακλεῖσ τ̃ ἡρακλέων ἡρακλῶν, πῖσ ἡρακλέσι τοὺσ ἡρακλέασ ἡρακλῆσ.

Vocatiuus similis est nominatiuo.

Secunda contractorꝝ declinatio.

ὶσ masculinorꝝ, fœminínorꝝ, ac coím, ut ἡ πόλισ. ι neutrorꝝ, τὸ σίνηπι.

Sín. ἡ πόλισ τ̃ πόλιοσ cõiter, πόλεωσ attice, πόλεοσ ionice, τ̃ῇ πόλιϊ πόλι πόλεῖ πόλῃ, πλω πόλιμ ῶ πόλι.

Nolebā adíjcere schemata πόλῃοσ πόλ λιϊ πόλκα, ne quid ἀπροσδιόνυσον. Hæc est declinatio quā operosè latíni tractamus ín flectendís græcorum uerbalibus ín ισ, quæ ín hunc ordínem conferto.

Dualiter.

τὰ πόλιε πόλεε πόλκ. Díxerunt ueteres etiam τὼ πόλιε mutato gñe, ſicut τὼ δόμώ. τοῖμ πολίοιμ ἢ πολέοιμ πόλεωμ.

Pluraliter.

οἱ πόλισ πόλισ πόλεεσ πόλεσ, τ̃ῶν πολί ων πολέων πόλεων, τοῖσ πόλισι ἢ πόλεσι τὰσ πόλιασ πόλισ πόλιασ πόλῆσ, ῶ πόλι εσ πόλισ πόλεεσ πόλεσ. Sic

Singulariter ἡ πρᾶξισ ὁ πρᾶξιοσ, εωσ, ιοσ, τ̃ῇ πρᾶξιϊ ἢ πρᾶξι, & c, ut ſuprà.

Tertia contractor declinatio. εύς masculinor tantum, ut ὀρφεύς. Sin. ὁ ἀχιλλεύς τοῦ ἀχιλλέως, ἀχιλλῆος ionice, ἀχιλλέως attice.

Ne mirare atticum gtm̃ penacui, etiamsi πολέως & μενέλεως suprà uideris. Nam q in recti fine ton⁹ est, ea syllaba in obliquis nõ excedit, ut in tonis notatum est. Sic ἀληθής ἀληθέος, & hic ἀχιλλεύς ἀχιλλέος, λέως, τῷ ἀχιλλέϊ, λεῖ, λῆϊ, τὴ ἀχιλλέα, λῆα, ὦ ἀχιλλεύ.

D. τὼ ἀχιλλέε ℂ λῆε, τοῖν ἀχιλλέοιν ℂ λήοιν

Plu. οἱ ἀχιλλέες, λεῖς, λῆες, τοὺς ἀχιλλέως, λήων, τοῖς ἀχιλλεῦσι, τοὺς ἀχιλλέας, λεῖς, λῆας, ὦ ἀχιλλέες, λεῖς λῆες.

Quo sum usus paradigmate, ut admoneam latinos duplicis declinationis quorũ dam noĩm, quæ crebra poetæ nr̃i usurpant. Passim hodie declinamus, hic Vlysses sis si, hic Achilles lis li. Veteres uero & hic Vlysseus, huius Vlyssei, Vlysseo, Vlyssea declinarũt. Sic Achilleus lei leo lea, ut Orpheus orphei orpheo orphea. Atq; ex hac declinatione secunda latina sunt genitiui apud Virg. Exuuias indu-

tus Achillẽ contractim, pro Achillei, ut apud Ouid. Iniuria Theseẽ, pro Thesei genitiuus est. Apud Horatiũ Vlissei diuisim leges. Itẽ apud eundem Achillea accusatiuum reperies. Quos casus in secundam latinorũ declinationẽ congere. Hæc sæpe Priscianus, sed ubiq; corruptissime. Tm̃ scilicet indoctorũ impudentia potuit, ut optimus autor nusquã sit ἀξιόλογον. uide librũ eius sextũ. Cæterũ & quosdam græcæ declinationis casus ab ους latini adsciscunt. Virg. Orpheĩ Calliopeĩa, Lino formosus Apollo. ὀρφεῖ datiuus est græcus. Caue latinum putes casum. Cõtrà dixi Vlysse, latinum casum esse, quippe gtm̃, q̃ græcis erat ὀδυσσέος. Itẽ Ilionea penultima producta, ἰλιονῆα, p ἰλιονέα qđ regulare fuerat, ut orphea. Virg. orpheá q; in medio posuit, syluasq; sequentes.

Quarta contractorũ declinatio.

ώ ώσ fœminina omnia sunt ὀξύτονα, quia deriuata.

Sin. ἡ Καπφώ τῆ Καπφόος Καπφόϊ Καπφώ, τὴν Καπφόα Καπφοῖ Καπφοῖ Καπφώ, τὴν Καπφόα Καπφώ, lones & Καπφῦς faciunt, Aeoles

ἀψφώμ, ὦ ἀψφώ.
Dua. τὰ ἀψφώ τοῖμ ἀψφοῖμ.
Plu. οἱ ἀψφοί τῶν ἀψφῶμ τοῖσ ἀψφοῖσ τοὺσ ἀψφούσ ὦ ἀψφοί.

Hoc inflectes modo pleraq; alia nomina in ώ, Calypso, Dido & cæ. Latine sic: Hæc Sappho huius sapphus huic sappho hanc sappho. Nam quæ genuina latinorum est sappho sapphonis, ut Dido didonis infrequens est.

Quinta contractoꝝ declinatio.

Asneutrorum est. πρᾶγμα.
Sin. τὸ κέρασ τοῦ κέρατοσ communiter, κέραοσ ionice, κέρωσ attice, τῷ κέραϊ cõmuniter, κέρᾳ ionice, κέρᾳ attice, τὸ κέρασ ὦ κέρασ.
Dua. τὼ κέρατε communiter, κέραε ionice, κέρᾳ attice, τοῖμ κεράτοῖμ cõiter, κεράοιμ ionice, κερῶμ attice.
Plu. τὰ κέρατα communiter, κέραα ionice, κέρᾳ attice. τῶν κεράτωμ cõiter, κεράωμ ionice, κερῶμ attice. τοῖσ κέρασι, τὰ κέρατα cõiter, κέραα ionice, κέρᾳ attice.

In hac declinatione obserua non fieri cõtractionem nisi τ elisa, neque hiat

enim fit nisi τ elisa.

De numeralibus.

Ea ut latinis, sunt uaria declinatione.

Singulariter tantum εἷς unus, μία una, ἕν unū, ἑνὸς μιᾶς ἑνὸς, ἑνὶ μιᾷ ἑνὶ, ἕνα μίαν ἕν.

Δύο dualiter.

Δύο δυοῖν omnis generis, quin & plurale declinatur. οἱ αἱ τὰ δύο, τῶν δύο τοῖς ταῖς δυσὶ τοὺς τὰς τὰ δύο.

Reliqua pluralia sunt.

τρεῖς τριῶν τρισὶ τρεῖς communiter,

τρία τριῶν τρισὶ τρία neutri generis.

τέσσαρες τεσσάρων τέσσαρσι τέσσαρας cōiter,

τέσσαρα τεσσάρων τέσσαρσι τέσσαρα neutri.

Hinc usq; ad centum ἑκατὸν indeclinabilia sunt, πέντε, ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα. Reliqua si uoles adiungito. A centum composita flectunt, ut διακόσιοι ducenti & c.

De numero græcanico.

Δέκα, εἴκοσι, τριάκοντα, τετράκοντα, πεντάκοντα, ἑξάκοντα, ἑπτάκοντα, ὀκτώκοντα, ἐνενήκοντα, ἑκατὸν, διακόσιοι, τριακόσιοι, χίλιοι, δισχίλιοι, τρισχίλιοι, μύριοι.

Επτάκλιτα, νᾶς, χρανῦς, ναῦς, βῶς & c. reperies in terminationibus quintæ declinatiōis.

Universitäts Bibliothek Rostock
https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1984126946/phys_0076

Item poeticas figuras, ut κρῖ p κρῖθον, ut apd Homerꝝ, κρῖ λθυκόμ. Itē λίπα p λιπαρόμ, ut λίπ᷑ ἐλαίῳ, tuæ diligētiæ erit lector obseruare. Triplex declinatio.

Si. ὁ ῠἱὲς τ ῠἱῖ ῠἱ τῷ ῠἱεῖ ῠἱὸμ ῠἱὲ ὦ ῠἱὲς.

Dua. τὼ ῠἱέε ῠἱε τοῖμ ῠἱόοιμ ῠἱοιμ.

Pl. ὁι ῠἱέες ῠἱες τῶν ῠἱέωμ ῠἱωμ τοῖς ῠἱέσι τοὺς ῠἱέας ῠἱας ὦ ῠἱέες ῠἱες.

Aliâs sic.

S. ὁ ὑιεύς τ ὑιέ τῷ ὑιεῖ ὑιεῖ ὑμὸμ ὑιέα ὦ ὑιεῦ.

Dua. τὼ ὑιέε .ῆ. τοῖμ ὑιέοιμ ὑιοῖμ.

Plu. ὁι ὑιέες ὑιεῖς τῶν ὑιέωμ ὑιῶμ τοῖς ὑιέσι τοὺς ὑιέας ὑιεῖς ὦ ὑιέες ὑιεῖς.

Aliâs in tertia simplicium.

Sin. ὁ ὑιὸς τοῦ ὑιῦ τῷ ὑιῷ τὸμ ὑιὸμ ὦ ὑιὲ &c.

τέλ᷑ τῆς ὀνομάτωμ κλίσεως.

HActenus de nomine. Libet obiter exercēdorum puerorum gratia & exempla adijcere, quibus regulæ illustrē tur. Carmen Hesiodi è genealogijs deorum ad hanc rem delegi.

Ex Hesiodi theogonia de musis.

Τὴν μὸσάωμ ἀρχώμεθα, ταὶ σὺ πατρὶ
ϗμνεῦσι, τέρπουσι μέγαν νόομ ἐντὸς ὀλύμπου

Εἰρεῦσαι τάτ' ἐόντα, τάτ' ἐασόμενα, πρόσθ' ἐόντα
Φωνῇ ὁμηρεῦσαι, τὴν δ' ἀκάματον ῥέεθ' ἁυδή
Ἐκ στομάτων ἡδεῖα. γελᾷ δ' ἑτέρωθι δώματα παφίης
Ζηνὸς ἐριγδούποιο θεᾶς ὅπι λειριοέσσῃ
Σκιδναμένῃ, ἣ χεῖ δὲ κάρη νιφόεντος ὀλύμπου
Δώματα ἀθανάτων, αἶψ' ἄμβροτον ὄσσαν ἰεῖσαι
Θεῶν γένος· αὐδήεσσα, πρῶτον κλείουσιν ἀοιδῇ
Μοῦσαι ὀλυμπιάδες κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
Τὰς ῥ' ὑπερίῃ κρονίδῃ τέκε παφίη μιγεῖσα
Μνημοσύνη τριτογοῖσιν ἐλεύθερος μεδέουσα
Λησμοσύνην τε κακῶν ἄμπαυμά τε μερμηράων
Ἠδ' ἐτεὴ ἐννέα κοῦρας ὁμόφρονας ἧσιν ἀοιδὴ
Μέλπεται, ᾗ σὺν θεσμὸν ἔχουσιν ἀκηδέα θυμὸν ἔχουσαι
Πάρ δ' αὐτῆς χάριτες τε καὶ ἵμερος οἰνοχοεύει
Ἐν θαλίῃς, ἐρατὴν δὲ διὰ στόμα ὄσσαν ἰεῖσαι
Μέλπονται πάντων τε νόμους καὶ ἤθεα κεδνὰ
Ἀθανάτων κλείουσιν ἐπήρατον ὄσσαν ἰεῖσαι
Ἐννέα θυγατέρες μεγάλου διὸς ἐκγεγαῦῖαι
Κλειώ τ' εὐτέρπη τε θάλειά τε μελπομένη τε
Τ' ἠδὲ πολυμνιά τ' ἐρατώ τε πολύμνιά τ' οὐρανίη τε
Καλλιόπη θ' ἥδε προφερεστάτη ἔστιν ἁπασέων.

Scholia.

Plutarchus in libro de audiendis poetis inqt: τῶν ποιητῶν μυθῶδες οὐκ ἀφιλόσοφον εἶναι. Id cū alijs plurib⁹ tū eo maxime

commento, est cernere, quo Musæ adum
brantur. Cuius & hoc uolebam loco pu
eros admonitos, ne frigide lecturi poe
mata nugas modo leuiculas agi putent,
id quod Sophistæ quidã, οἱ κένταυροι, te
mere persuasum habent. Sed uerum est,
qđ Græcus ait, οὐ νῦς ἐνὶ κραναύροισιν. Ita
q carmẽ Hesiodi latine sum interpreta
tus paulo rudius, alioqui græco etiã in
terpollato.

τοῖς γὰρ νέοις ὤμιλλαν κατάσκευάζω. Scho
lijs explico quæ & mythologia & gram
matica ratio deposcit, utrunq in Thersi
te ac Chely facturus sum huberius.
Iã uero à Musis ordiamur, quæ loui pa
tri canentes, delectant magnam mentem
intra olympum: dicentes quæ sunt, quæ
erunt, quæq antè fuerũt uoce concinna.
Ex eaꝝ uero ore fluit carmen suaue, non
difficulter, gaudẽt uero templa patria lo
uis tonantis, dearum uoce uirenti tacta.
Insonat & uertex niualis olympi domus
immortalium. Ipsæ uero immortalẽ uo
cem edentes, deoꝝ genus uenerabile pri
mum canũt carmine Musæ olympiades

filiæ Iouis Aegiochi. Eas in Pieria Saturnio edidit patri commixta Mnemosyne, animos Eleutheris demulcens obliuione malorũ, ac tranqllatis anxijs curis. Hæc uero edidit nouẽ puellas concordes, quibus carmen curæ est, in pectore lætũ ardorem habentibus. Iuxta ipsas Gratiæ ac desiderium sedes habent in floridis, amabilem uero per os uocẽ edentes mulcentur, omnitũq; leges ac mores inclytos immortalium concinunt, amabilem uocem edentes nouem puellæ è magno Ioue satæ, Cleioq;, Euterpeq;, Thaleiaq;, Melpomeneq;, Terpsichoréque, Eratoq;, Polymniaq;, Vraniaq;, Calliopeq;: ea uero oĩum est præstantissima Musarum.

Examen.

Ἀρχώμεθα ordiamur uerbum coniunctiuum est, gtõ construitur cum præpositione, ut apud Aratum, ἐκ Διὸς ἀρχώμεθα: Ab Ioue ordiamur, & Homerus: ἐκ τ' μῦσάων ἄρχομαι, schematicẽ; sine præpositione in hac significantia. Μῦσάων genitiuus doricus est, pro μῦσῶν. Da nominatiuum, Musa. Vnde originandarum uo-

cum multa ratio græcis est, soléntque & ipsi ludere ac ludi etymologijs. Tñ aliqs adnotabo: μῶσα à μῶσαι uestigare. Nam quas poetæ musas uocãt μυθολογικὰς, animi uis est, qua in ueri cognitionem ferimur. Hac miramur, hac inquirimus abdita naturæ. Ergo Musæ à μῶσαι dicũtur. Plato in hanc sententiam plurima. Ita sæpe Homerus homines alphestas nuncupat, id est, indagatores.

Declina μοῦσα, require secundũ ordinẽ simplicium, generis fœminini est, ut eiº ordinis omnia. discernũt enim græci genera declinationibus, atq; adeo id longe facillime. Iam qui uolet sibi diuitem parare linguæ supellectilem, adnotet, q̃ ex hac uoce μοῦσα, ceu è fonte nascũtur, uerbum μουσῶμαι, erudiri ꝓprie à Musis, quo ego sum usus modo in elegiaco. οὐδ' ἔτ' ἀμουσώσῃ νοῦμ φίλ' ἄροτρον ἔχων.

Item μουσουργός à μοῦσα, & ἔργον artifex carminum, is est enim eiº nominis usus. Tu adiũge pro diligẽtia tua longe plurima. ταὶ Διὶ πατρὶ quæ Ioui patri, ταὶ articulus ẽ postpositiuº. Nã tono inscripta uox ẽ.

Regula. Articuli præpositiui pars, id est, uocales tantum, non inscribuntur tonis ὁ ἡ. Postpositiui inscribũtur ἥ αἱ. Ex his est pro ἃ ταί. Nam æolica dialectos, quod aspiratione nõ utatur, τ, articulo αἱ adiicit uice aspirationis. Idem fecit in aliis, ut pro ἔλενη, Fελένη dicit F digãma æolico, quam latini literam recepimus reliquæ Græciæ ignotam, uice aspirationis adiecto. Memineris huius scholij de F, si quando primùm Quintiliani leges.

Declina ταί sic, ἥς &c. ut suprà.

Δίι à Ζεύς, Ζ in δ, in heteroclitis adnotauimus. πᾶτερ, da nominatiuum, πατήρ. acuit finẽ, quia derivatũ. πάλδας τηρῶν eius etymi fides apud grãmaticos esto. mihi nec refellere, nec probare libitum est.

Declina, ὁ πατήρ decli. gntæ simpl. τ πατέρος (nam qui tonus in recti fine est, ea syllaba non excedit) & πατρός per syncopen, ὦ πατέρι καὶ πατρί, τὸν πατέρα non πατρά, ὦ πατέρ. Reliqui casus ex his nascuntur, tu ad analogiam recurre. Datiuus pluralis est πάτρασι, quem adiicio, ga formatu difficilis est.

ὑμνεῦσαι nominatiuus participij penultimam inflectit, nam αι p breui habeť, ut in fine prosodiæ diximus, plurale est.

Varia.

Ab ὑμνῶ præsens participium est

ὁ ὑμνῶν ὑμνοῦντος — qntæ decl. simpli.
ἡ ὑμνοῦσα ὑμνούσης — secundæ simplícis.
τὸ ὑμνοῦν ὑμνοῦντος — quintæ simplícis.

Infrà formationem dísces, hic te admoneo generis ac declinationis, quæ cũ nomínibus participia communia habẽt. Ergo ab ὑμνοῦσα fœmínino singulari est ὑμνοῦσαι pluralis ntũs, et p ὑμνοῦσα, ὑμνεῦσα doricũ est. Exẽpla ín prõptu sunt Theocritũ legẽti. Is ín pædícis, cuius carmínis ẽ hoc ínitiũ: οἶνος ὦ φίλε παῖ λέγετ' οὐκ ἀλήθεα. i. In uíno ueritas, sic ínqt: τὸν πρᾶτον ἦ φιλεῦντα ξείταιον ἔθηκας, pro φιλοῦντα. Cæterum hymnus proprie deorũ laus est.

Τέρπουσι delectant, actíuum plurale præsens, ut τύπτουσι, acuit antepenultímam ex regula: In polysyllaba ultima breuí &c. acutus est ín antepenultíma, uide suprà.

Μέγαν ἐπρόκλιτον est. ὁ μέγας τοῦ μεγάλου ἀπὸ μεγάλος, τῷ μεγάλῳ τὸν μέγαν ὦ μέγας

Reliquos casus à μεγάλ forma. Sic et totum fœmininum ἡ μεγάλη ϕ μεγάλης. In neutro sic: τὸ μέγα τοῦ μεγάλ τῷ μεγά λῳ τὸ μέγα. Plurale à μεγάλοι pete. μέγας μείζων, μέγιστος supra cõparauimus, νόου à νόος νοῦς. Quid à φρήν, θυμός, λόγος differat, philosophi uiderint. Tu interim mythologian capta. Musæ magnam mẽtem louis delectant. Musis, ueri scientia ad deos transferimur, diis similes reddimur, id quod pluribus in Theage Plato differit.

ἔντός intrà, aduerbium gtõ constituit.

ὁλύμπιος. cœlũ olympum dicimus ὅλως λαμπρόν, ut est autor Theon Arati interpres, nobilis grammaticus.

Ἐιρύσσαι participium præsens ab εἴρω,

ὁ εἴρων τοῦ εἴροντος quintæ

ἡ εἰρύσσα τῆς εἰρύσσης secundæ declinati.

τὸ εἴρον τοῦ εἴροντος quintæ

Et ab antiquo uerbo ἐρέω fit ἔρωμι ἐρῶ ἐρῶμεν. Ab ἐρῶ ἐρεῦμαι, ut ῥυμεῦμαι dorice. Ab εἴρω est εἴρων dissimulator, hinc ἐρωνεύεσθαι dissimulare, Socraticum & ἐρωνεία. Ironia dissimulatio. Contrà, ἀλάζων simulator, ostentator, uanus, qui salacon in pro

uerbῆ ſpeciem dicitur, & ἀλαζονῆσθαι, uanum oſtentatorē agere. τάτ ἐόντα. τὰ articulus neutri gnis. τε, coniunctio ᾳ. ἐόντα pro ὄντα ab εἰμὶ. ὦμ ὄυ ἀ ὄμ, exiſtens. Prorſum hæc fœcunda mythos ē. Muſæ, quæ ſunt, quæ fuerunt, & quæ uē tura traduntur, loui canunt: hoc eſt, Muſæ omniū rerū cognitionē cōplexæ ſunt, ut Platonici dicunt: φιλοσοφίαν εἶναι τῆ θεί ων τε καὶ ἀνθρωπίνων γνῶσιν. ἐσόμυος. ι. ομ. futurū. πρό, antè, aduerbialiter. Sed hæc aliâs. τε, ᾳ. ἐόντα, ὄντα. φωνῆ, uoce, ſextus caſus eſt, à φωνὴ nominatiuo, q finem acuit præter regulā. Etſi eā uerbale facias à φωνέω, tamen quæ ſecūdum eā modū formant ſcilicet à poſteriorib⁹ futuris, cōmunes regulas accentuū ſequuntur, ut à τυπῶ. τύπτω, τόκτω, νόμος. σφενδόνη à σφενδονέω. Obiter in mentē uenit hiſtoriæ Gygis, quam è Platone M. Cicero in tertiū officiorū tranſtulit. Iſthic legit: Cum palam eius annuli ad palmam conuerteret. Latina uox pala, infrequēs eſt, qua Cicero σφενδόνην, quod apud Platonē nomē eſt pro maſſa, qua annuli gē

ma claudit, reddidit. Cæteræ & palauen tilabrum significat, et palacæ auri, id est, massæ leguntur. Quanquam palathæ dici malim, quippe originis græcæ. unde & palatia, & alia quædam nomina iurisconsulti trahunt. Apud Platonem sic est: ἡδὺ ἄυτως οὕτω συμβαίνειν. τρέφουσι μὲν ἴσως τὸν σφενδόνην, ἀδηλῶ γιγνέσθαι. ἔξω δὲ δήλω. Declina φωνὴ ut μοῦσα, uide characterem suprà. ὁμηρεύσαι participium, cõcinentes ab ὁμηρῶ. ὁ ὁμηρῶν ἢ ὁμηρεῖα & ὁμηρεύσα ut suprà. τὸ ὁμηρεῖν. Qua significatione uerbum ὁμηρῶ factum existimo ab ὁμῶς ἡδὺ ἔρως. τῶν δ' ἀκάματον ῥεῖεν ἀυδὴ ἐκ στομάτων ἡδεῖα. Construe sic: ἡδεῖα ἀυδὴ ῥεῖεν ἀκάματον ἐκ στομάτων τῶνδε. Suaue carmen fluit indefesse ex ore illarum. Dij boni, quam uenuste dictum est & fluere carmen, & indefesse. Sola enim ea ingenij humani functio optima est, ad quam suapte natura ducit. Suaue igitur Musarum carmen est, quum fluit, hoc est, sua ipsius spõte sequitur. Homerus poeta Nestorem insigne oratorem describpturus, inqt, τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή, Cuius ab ore fluit uox melle liquenti

dulcior. Tm̃ refert, quod acturus sis, non repugnante Minerua, ut cũ Horatio loquar, obeas. Tũ uero indefesse. Nam qd omniũ, q̃d & minus molestũ sit, & contẽ damus ardẽtius, q̃ id cuius insseuit nobis amorẽ natura. ἡδύς ἡδίων ἥδιστος. Sic γλυκύς γλυκίων γλύκιστος. Declinatio in heteroclitis, motio in capite nominis patet.

ἄδω cano, ἀυδή carmẽ, & prolatis syllabis ἀοιδή, è q̃ recisso a, fit ᾠδή, p οἰδή. Hinc est cõpositor. prope nimia copia. κωμῳδία carmẽ ioci cõuiualis, τραγῳδία carmẽ tragicũ &c. Declina ἀυδή sicut μοῦσα.

ῥέω uerbũ fluo. ἀκάματον, adiectiuũ ad uerbũ uicẽ fungẽs, non laborioſe, indefesse, ab a priuandi nota, & κάμνω laboro, q̃ modo κάματον formatũ sit, infrà de ϒba libus leges. Homerus ἀκάματον πῦρ, p uehemẽti igni dixit, ac supra modũ efferuescenti. Sunt & aliæ quædam particulæ, q̃bus q̃d citra laborẽ fit, describim⁹, ut ἀυτοχειρί, citra sudorem, & cæt. ἐκ σομάτων τὸ σόμα σόματος neutrũ q̃ntæ declinationis simplicis. τῶνδε demonstratiui pro nominis significantia est, q̃ppe cõposit⁹

articulus præpositiuus ὅδε ἥδε τόδε. γε-
λᾶ δ'ὲπ δ'ώματα. Templa Δῶμα Δώματος,
exhilarãtur, γελᾷ præsens est neutri uer
bi γελάω rideo, numeri singularis. Solẽt
eñ Græci Ammonio autore, neutris plu
ralibus dare singularia apposita. ΖΗΝΟΣ
à ζεὺς ut suprà. Ἐριγδ'ούποιο tonantis, ab
ἐρι augẽdi particula cõponit, & δ'ούπος
sonitus. Nam fulminũ autor Iupiter est.
ἐριδ'ούπου. γ, interponit augẽdi temporis
gratia, ὁ ἐριγδ'ούπης τοῦ ἐριγδ'ούπου ἡ ἐριγ-
δ'ούποιο ionice, q̃ gtõ hic Hesiod⁹ utitur.
Hic obseruabis particulas sola cõpositi-
one usurpatas, ἐρι, λα, & similes, ἐριδάμας
admodũ florẽs, ζάθεος & cæt. Θεᾶν à
θεά pro θεῶν gtũs pluralis est, uide μοῦσα.

ὀπί acuit ultimam, est eñ obliquus mo
nosyllabi acuti, ὄψ uox. Declina, ἡ ὄψ ὀπός
τῇ ὀπί τὴν ὀπά, accusatiuus penacui-
tur. Nam è regula excipiunt accusatiui
oẽs, & nominatiui duales & plurales, ut
χεὶρ πρός χερί χεῖρα. sic de similibus, ὦ ὄψ
τὰ ὄπε ταῖν ὀποῖν, reliqua p̃stat ἀναλογία.

Λεριόεσσα adiectiuũ fœminínũ mouet:
ὁ λεριόεις florẽs τοῦ λεριόεντος gntæ decli

nationis simplicis.

ἡ λειριόεσσα τῆ λειριόεσσης secundæ,
ἀπὸ λειρίου τοῦ λειριόεντος quintæ.

Ergo ὅτι λειριόεσσα σκιδναμένη uoce florẽ ti fracta, datiui sunt uel sexti casus. λειριόεις denominatiuũ, copiam significare uidet, aut similitudinẽ, floridus, à λείριον, q̃ nomine ꝓprie Narcissi florẽ significari aiunt. Σκιδναμένη, dispsa, Dtũs est. Mouet σκιδνάμενος νη νον. Nota est declinatio, à ῥbo σκίδναμαι spargor, ut infrà.

ηχεῖ sonat, ab ἠχῶ tertia ꝑsona præsentis, hinc ἠχὼ echo deriuatũ est. κάρη frequẽtius est κάρα caput, promiscue declinat. ἡ κάρα τῆς κάρας, & τὸ κάρα τοῦ κάρατος a κάρανον, & τὸ κάρη τοῦ καρήατος, & ἡ κάρη τῆς καρῆνος. Callimachus: ἄρτεμις ἡνίκα παρὰ μητέρι κεῖτο, σοὶ τόξον. Νιφόεντος a νιφόεις, moue sic ut λειριόεις, niualẽ significat. Sic olympũ cognominat, siue q̃d niues demittat, siue ꝙ è tenui ac niuiũ simili materia sit. ὄλωσε λαμπρός, scilicet, quæ interpretatio uidebat adiungẽda, ꝙ ambigua sit significatio τοῦ νιφόεντος, ut & reliquorũ huiꝰ formæ in εις. Αἶψα ἄμβροτον ὄσσαν ἐείσας. Hæ

immortale carmẽ edentes. Vnæ immortalitatẽ Musæ pariunt hominibus ἐκ γαρ̀ μ ὀσσάων κλέος ἄμβροτον, ut Theocrit⁹ ait. ἀ priuat, βροτὸς mortalis. ἰεὶς ἰεῖσα ἰέμ participium ab ἵημι, ut in uerbis cernes. θεῶν γένος αὐδῆοῦμ, πρῶτον κλείσσιν ἀοιδῆ. Scande, θεῶν γένος in dactyli numerum redacto, θεῶν duas syllabas una complectere, ut apud Homerũ: μήνιν ἄειδε θεά πηληιάδεω pro πηληϊάδω, pinde ac elisa uocali. Nã longa breuẽ concipit. & Hesiodus: ῥεῖα γαρ̀ βριάει, quasi legas, ρει, μον. Spondeus est. Sic apud Virgi. Seu lẽto fuerint aluearia uimine texta. κλείσσιν canunt, à κλείω inclyte celebro. πρῶτον aduerbiũ, primũ. ἀοιδῆ dtũs, αὐδῆοῦμ γένος accusatiui. γένος primæ cõtractorũ declinationis neutrũ substantiuũ in ος, ut μέλος, χάος χάεος. θεῶν gtũs pluralis à θεός, q̃d à θεάω templor, seu θέμ currere deriuãt. Nã eo uetustissimi noĩe cœlum dixere, q̃d postea οὐρανός ab ὁράω tueor. αἰγιόχοιο gtũs Ionicus, p αἰγιόχ ο tertiæ declinat. αἰγιόχος Iupiter cognoiatus ἀπὸ τ αἰγός ὀχῆς, ab alũna capra. Ea est

unde κέρας ἀμαλθείας copiæ cornu Iouí sacratũ ẽ, uide Callímachí hymnos, Pausaníã ín Arcadícis, & mythologos alíos.

Τὰς sí uís ꝓprie exponere, fac postposítiuum artículũ ἃς, adspíratione ín τ trálata. ἐν πιερίᾳ, ὧν ꝓpositio dtõ cõstruitur. Musæ ín Pieria genitæ dícuntur, ꝙ ístic prímum cœptæ sint colí, cõdítis à Lino sacrís, ut ín Bœoticís Pausanías, & nos ecloga ín Philõda lusímus: Orgia Pierídum, q. spíras nupera Daphní &c. κρονίδης dtũs, patronymicum à κρόνος. Ita Saturnum uocamus à χρόνος tempus, κρονίδης Saturnius, prímæ declinationís símplícis. μιγεῖσα participium aoríston. Infrà dísces formationem. ὁ μιγεὶς μιγέντος, ἡ μιγεῖσα μιγείσης, τὸ μιγὲν μιγέντος. Μνημοσύνη decl. scdæ, simp. Memoría artes peperít, elegantẽ hoc, q̃tum ad μυθολογίαν attínet, à Plutarcho ín cõuiualib⁹ q̃stiõib⁹ agít. Habem⁹ & nos ad hanc rẽ suauíssímos Laberíj ꝙsículos: Sophiã me uocãt graíj, latíní sapiẽtiã, Vsus genuít patẽ, mẽ pepít memoría. γενοῖσιν seminib⁹. Quos ego uidi Hesiodí líbellos ἀγενοῖσιν à supí

ori sententia distinguunt. Itaq; & ego in eum modum, sed è ratione mythologiæ suprà ꝟti. Lõge uero pstat, quantũ cõiecio sic interptari: Quas memoria iũcta seminibus loui patri peperit, delectans louem. Musas inq̃ peperit, obliuionẽ malorum & curarũ tranquillitatẽ, ut hic uersiculus appositione cũ superioribus cohæreat. Facit constructio uerbi μέλω, ut hũc ordinẽ probem. τενός semẽ, uis fœcunda, tertiæ declinationis simplicis. Μελέτη participiũ à μελέω antiquo, curo &c. Μελέων μελέτης μέλεσι. Ελευθέρος ab ἐλεύθω, unde quoq; tertiæ declinationis simpli. Iouis epitheton & apud Pausaniam cernes, libertatis titulus est. Λησμοσύνη obliuio, à λανθάνω. quomodo ueniat hinc, docebo alio loco. Musæ animũ tranquillant, affectibus liberant, ut ex instituto Pythagorico intelliges, & Clytẽestræ historia, quæ tum demũ uiolari pudicitiam suam passa est, cum musicũ sustulisset. Plurima ad hæc apud Athenæũ lege. Aliò si lubet, & hanc mythõ trahe: Nil dignũ parari musis, nisi tranquilla & recte con

ſtituta mẽte. ἄμπαυμα uerbale neutrũ, ſicut γράμμα. μέριμνα curaꝫ anxiarum. Id eſt uel μέρμαιρα uel μέριμνα ſignificat. utrunqꝫ ſecundæ declinationis ſimplicis. Μέριμνα uſitatius eſt. Theocritus:

πενία ὦ Διόφαντε μόνα τὰς τέχνας ἐγείρει
Αὐτὰ τῶ μόχθοιο διδάσκαλος. οὐδὲ κ' εὕδειμ
ἀνδράσι ἔργα τίναυσι καναὶ παρέχουσα μέριμναι

Id eſt,

Paupertas Diophante ſola artes excitat,
Ipſa laboris magiſter ẽ. neqꝫ eũ dormire
Viris opatoribus malæ p̃bent anguſtiæ.

Huius ſignificantiæ eſt & μεριμνάω uerbum, ſolicitus, anxius cogito. Eius uſus eſt in Pſalmo. xxxvii. μὴ μεριμνήσω ὑπὲρ τ' ἁμαρτίας μου, & anxius ſeu ſolicitꝰ ero pro peccato meo. Cõmodũ reddidit græcus emphaſim uocis hebrææ אראג, latini cogitabo legimus, q̃d uides q̃ non reſpõdeat plenæ ſignificantiæ uerbis μεριμνήσω © אראג. ὁμόφρονας ab ὁμῶς φρονεῖν, æquis legibus cõueniunt Muſaꝫ cantilenæ, id eſt: Tum demũ recte artes tractant, cum aliæ aliis iungũtur, choris gaudẽt Muſæ. Dialectica rhetoribꝰ uſui

est, geometria astronomis, poetam philo sophia, philosophū poetica commēdat, atq; id est, quod ἐγκύκλιον uocamus πανδεκτείαν. Declina. ὁ ὁμόφρων τοῦ ὁμόφρονος, iuxta analogiam quintæ simplicitū ω in ο mutatur. Regula: Cōparatiua, uerbalia, & quæ à γνῶσις decōposita sunt, ω in ο mutant, κρείσσων κρεῖσσον, συμφάδμων συμφάδμον, ὁμόφρων ὁμόφρον. Reliqua in ων, ω seruant. ἕδνοιν datiuus articu li postpositiui, pro ἕδνοσιν, αι in η soluto. ἕδνοιν τὴν παπαγικῶς adijcit. κήδεσιν à κῆδος pectus, neutrū decl. primæ contractoꝝ. κήδεσιν datiuus pluralis σι geminat augendi temporis gratia. Ακκαδικός ab α & κῶδος luctus, uñ ἐπικήδιον sicut ἀληθής primæ cōtractoꝝ. θυμόσ ardor & impet9 q dā cōficiendæ rei, ut apd Homerū: θαλέθων δέ ἵετο θυμός, & θυμὸς ἐνὶ κήδεσι φίλοισι μᾶλλον ἐφορμᾶτ. uides ut Home. θυμὸν ardorē, & ὀρμὴν impetū cōiūxerit. Et pphe ta deprecatur9 subitā noxæ uindictā, κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου &c. Ne in furore &c. nam belle θυμὸς cū hebræa uoce חמה conuenit. Ἐχθόσιος ab ἐχθος participio, moue

pinde ut supiora. πὰρ δ' ἀυτῆς p πρός δὲ ἀυταῖς, αι ín ῃ soluto. χάριτες declina. χάρις χάριτος χάριτι χάριν, analogice reliqua. Iuxta Musas Gratiæ sunt, hñt eæ nomẽ à χάρα gaudio, & recte. Nã quicqd ẽ humanæ ac ciuilis cõsuetudinis, Gratijs debemus. Ita Xenocratẽ Plato admonebat, σπένδειν χάρισιν, sacrificare Gratijs, quo uitæ usu magis urbano ac comi esset. Absit ergo à Musis liuor, absint omnes illiberales affectus. Id quod uolebat Aristoteles, inquiẽs: τὸ φιλόσοφον, φιλόκαλον εἶναι. ἵμερος τοῦ ἱμείρειν. Desiderium recte faciẽdi, laudis amor. τί γὰρ κάλλιον ἀνδρείκελον εἶναι ὀλβίῳ δὲ κλέος ἐσθλὸν ἕπεσθαι ἀνδρώποισιν ἀρέσθαι οἶκος. οἶκον diminutiuũ. ἐν θαλίῃς p θαλίαις, θάλλειν florere. Νόμους δ' ἤθεα κεδνὰ κλείουσιν. Celebrant leges & mores immortaliũ: Respub. et legibus bonis, et bonis moribus constent oportet. Hæ artes dignæ laude sunt, q̃ mores ornant, et bonas leges cõfirmant. Sed immortaliũ, ait: Heroas si lubet, intellige. ἔρατον ἐπὶ ἐρατὸν, amabilẽ. προφρονέστατα cõpara: πρόφρων προφρονέστερος προφρονέστατος etc. Nomi

na Musæ apud Plutarchũ in sympoſiacis explicant. Eſt & Pharnuti liber in oĩum manibus, q̃ malo ingeniũ experiare tuum, q̃ his nugis meis teneare diutius.

DE VERBO.

VERBVM ῥῆμα dictio ẽ, quæ modis, tẽporibus, ac perſonis flectitur. Verbo alia pſonalia ſunt, q̃ p diſtinctas pſonas & ἐγκλίσεις, id ẽ, terminationes uariantur, λέγω λέγεις λέγει. Alia impſonalia, quæ modis ac tẽporibꝰ uariant, numeris ac perſonis non uariãt. Cõſtructio addit numeros ac perſonas, προσήκει μοι ἐσθλῷ εἶναι. προσήκει ὑμῖν ἐσθλοῖς εἶναι. εἶτα) πρὶ μεταμελοχώσεως.

ACCIDVNT VERBO

Genera, Personæ, Figuræ, Numeri, Modi, Tempora, Coniugationes.

Genera.

Διαθέσις dispositiones uerborũ, id est, coniugandi figuræ tres sunt, ω, μαι passiuorꝫ, μαι medioꝫ. ω dispositio actiua ẽ, id est, quædam coniugandi figura, qua pꝰ oẽs modos, tempora, & pſonas facilis notio ẽ, quæ terminatio actiua sit, ut λέγω λέγεις λέγει ἔλεξα, dispositionis actiuæ sunt, quia ex ω nascunt. μαι passiuorũ dispositio est, qua scitur quæ terminatio passiua sit, ut τέτυμμαι τύπτεσθαι, dispositionis passiuæ sunt, quia ex μαι nascuntur. Mediũ aliquas ex utroꝫ terminationes usurpat. Ergo alia est ratio generũ apud latinos, alia apud græcos. Genera latina, significationẽ uerbi explicant, græca filum coniugationis. Quapropter & apũ græcos duplicia genera uerboꝫ fingito, etymologica, quæ coniugationis notiones sunt: syntactica, quę significationem expediunt, ut τύπτω actiuum, τύπτομαι passiuũ uerberor, & τύπτομαι medium, actiuæ ac passiuæ significationis. Neutrum

ὑγιαίνω ualeo, deponens μάχομαι pugno. Et hæc uarietas gñm in syntaxi est. Cæterꝫ in etymologia, ὑγιαίνω actiuum characterē, μάχομαι passiuū sequit: ὑγιαίνω dispositiōis actiuæ est, μάχομαι passiuæ.

Tempora χρόνοι.

Hoc opus, hic labor est, secernere ἐνεστῶς χρόνος. Instans tempus, quod modo sit significat, λέγω dico. παραταλικὸς χρόνος, extēsiuum tempus, inchoatiuum modum nominant, extēso tempore in rē quæ agebatur, nondū cōfectam. Quom tu luderes, græcabar. παρακείμενος χρόνος præteritum perfectum, prorsum absolutam actionē designat, adiacens tempus dicitur. Nam quod primum iam factum est, significat. ὑπερσυντελικὸς χρόνος plusq̄ perfectum tēpus, eius usus est græcis, qui & latinis. Ἀόριστος χρόνος indefinitum p̄teritum, à paracimeno differt, ꝙ παρακείμενον præterīsse rem primū iam indicat. quapropter παρακείμενον, id ē adiacēs, iuxta positū ei q̄d transit, dicitur ἀόριστον, p̄terīsse quidē rem, sed indefinite, nū olim an modo p̄terierit. Vt cū dico

πέπτωκα cecidi, indico primũ me iã cecidisse: cũ uero ἔπεσον dico, ꝙd ἀόριστον ē, cecidisse me significo, sed ambiguus est ꝙ cum loquor, olim ne an nup ceciderim. Quæ duplicis p̃teriti ratio uel hoc ꝓbat mihi, ꝙ act⁹ alios paracḍmeno, alios aori sto significãtius exprimimus. Tun' male bas paracḍmeno exp̃ssum hoc Homeri: τόνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκε ἑκηβόλος, ἣ δ' ἔβη δώσω, i. Phœbus ob hæc, mala multa dedit, atꝙ insuper addet. Conuenit ἔδωκε indefinitum esse, quia & olim & nup Græcos Apollo afflixit. Nil addebat definitã ratio tpis, & huic sententiæ σὺ δ' οὐ σῷ μεγαλήτορι θυμῷ εἴξας. i. cũ tu impotẽti aïo, ac furori tuo paruisses. Nã si lubet cũ pareres, iñfinitũ participiũ εἴξας exponito. At referebat tpis modus hoc loco. ἴσχουσι γὰρ ἀγορῇ τετιηότας, cũ significaret poeta nouo malo iam labefactatos principum animos. Longius forsan immoror huic disputationi quàm ferat τὸ αὐτοχειριάζεσθαι. Sed ui sum est pretium operæ id, quod scio his nonnunquã labyrinthis temporꝝ græcorũ pueros turbari, p̃serti re latinis igno-

ta. Itaq; Prisciani uerba adijciã,quo sciãt quid inter latina & græca tẽpora interſit:Sic ille. Sciendũ tamen,q; Romani præterito pfecto non solũ in re cõpleta modo,utũtur, in quo uim habet eius qđ apud græcos παρακείμενον uocaſ, quem Stoici τέλεσον ἐνεστῶτα nominauerunt, ſed etiam pro ἀορίστῳ accipiſ, qđ tẽpus apud græcos tam modo pfectam rem,q̃ multo antè ſignificare poteſt. Et ſicut apud illos indefinitũ tẽpus adiectione τοῦ ἄρτι ad uerbũ,τὸν παρακείμενον,id eſt, adiacẽs tempus,& adiectione τοῦ πάλαι,ὃν ὑπερσυντελικόν,id eſt,plusq̃ pfectum,refert, ſic apd nos hoc idẽ eſt præteritum pfectum, poteſt eñ & modo & multo antè intelligi pfectum. Et apud autores hoc exemplis adprobaſ. Euander eñ apud Virgili.in viii.de mſe ſua: Cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos,& nobile Palanteũ. Cecinit dicit,pro cecinerat. Multo eñ antè illã ceciniſſe intelligit.Et ipſe Poeta è ſua pſona:

Troiæ qui primus ab oris
Italiam fato profugus,Lauinaq; uenit.

Venit, pro uenerat. Hic ẽm quoq; multo antè intelligit uenisse Aeneam in Italiam. Ergo ꝓprie si quis cõtemplet̃ uim p̃teriti, non aliam significationẽ iudicabit hoc habere, quàm illud q̃d apud græcos ἀόριστον uocãt. Hoc autẽ differt à plus q̃perfecto. Quod illud p̃ se prolatum nõ eget aduerbio pridẽ, quod habet in se naturaliter. Nisi si uelim⁹ explanãdæ quantitatis tẽporis causa addere ante quot dies uel annos. Nec licet illi modo uel nuper aduerbia adiungere. Præteritum uero pfectum ad manifestandã significationem eget modo uel pridem aduerbijs: Hæc Priscianus de p̃terito latino. Vides ἀόριστον id significare quod p̃teritum latinum, hoc est, indiscriminatim, id q̃d modo transiit: παρακείμενον uero certo id q̃d modo p̃terijt. Cæterũ duos aoristos copia fecit. Nam idẽ uterq; significat. μέλλων χρόνος futurũ tẽpus, id quod latinis significat, λέξω dicã. Duos μέλλοντας copia fecit. Idẽ uterq; significat. Est autẽ attícis μετ' ὀλίγον μέλλων mox futurꝝ, quod latini propemodũ sic reddimus: Vicero,

dum is se expediat. Vide Priscianum, & Erasmum in Copia uerbor.

Modos, psonas, nũeros ipse obseruabis.

Coniugatio.

Diatheses uerborum tres sunt: ω, μαι passiuum, μαι medium. Ex diathesi ω reliquæ nascuntur: quapropter cuius ordinis coniugationum ω est, eiusdem & passiua & media sunt. Nã à singulis actiuis media nascunt, sicut & passiua. Diathesis uero actiua triplici charactere cõstat: Aut ω βαρυτόνῳ, id est uerbi quod penultimã acuit, ut ἄδω pono: aut ῶ circunflexo, qd à uarytonis nascitur, ut ἄδῶ: aut μι quod à circunflexo oritur, ut τίθημι.

Triplex est ergo cõiugatio, aut uarytona in ω, aut circũflexa in ῶ, aut eorũ quæ μι desinunt. Iã cuicp sua passiua & media accẽse. Primũ ergo de uarytonæ cõiugationis ordinibus dicemus, quoniã ex eis genera coniugationum alia fluunt.

Ordines uarytonæ coniugationis sunt sex.

Discrepãt literis formatiuis quæ κατὰ κτῆσιν κλῆ uocant. Est aũt litera formati-

ua,quæ ω ꝓxima anteit,ut τύπτω ē primæ coniugationis,ꝙa habet formatiuam πτ.

Primus ordo coniugandi uaryto-na,ubi eſt ante ω præſentis β π φ πτ. Hæ literæ mutantur in futuris & præteritis in cognatas ſibi, futurū ψ,paracimenon φ habet,τύπτω τύψω τέτυφα.

Secundus ordo,ubi eſt ante ω præſentis,γ κ χ κτ. Futurum ξ format,paracimenon χ,ut λέγω λέξω λέλεχα.

Tertius ordo coniug. habet δ θ τ. Futurū σ,præteritum κ, ut ἄδω ἄσω ἧκα.

Quartus habet ζ. Futurum plerunꝙ σ habet, præteritū κ, φράζω φράσω πέφρακα. σ uel π attico more plerunꝙ ξ futurum,præteritum χ format, πράττω πράξω πέπραχα.

Quintus habet λ μ ν ῥ. Hæ līæ immutabiles dicunt̄,ꝙa in futuris nō mutantur, ψάλλω ψαλῶ,κρίνω κρινῶ, nec in declinationibus mutantur, φρένων φρένων,νέκταρ νέκταρος. ν ῥ manent,cū aliæ cōſonantes eximantur,ut ἅλς ἅλντος,λίψ λιβός. Hæc con-

iugatio per κ p̄teritum facit, φάλλω ἔφαλ κα, σπείρω ἔσπαρκα.

Sextus ordo.

Est qui ω pur̄ definit, id est, ante q̄d non est cōsona σ futuri. κ p̄teriti formatiua. μύω μύσω μέμυκα, ποιέω ποιήσω πεποίηκα, τι μάω τιμήσω τετίμηκα, ἱππεύω ἱππεύσω ἱππεύκα. Atq̄ hæc est coniugatio, è qua & cir cunflexa & q̄ μι definūt, deriuant.

Da paradigma. τύπτω.

Sex ordines coniugationū unico hoc utuntur paradigmate, uariatis præteritis & futuris iuxta singularū characteristi cas. Atq̄ spectabis in paradigmate, q̄mo do tempus è tempore oriat, ut à τύφω ἔτυ φα. Item c̄ multiplex uariatio uerborū, alia principij, alia ἐγκλίσεως seu finis, ut τέτυφα a τύπτω desciuit, nō solum fine mu tato πτω in φα, sed etiā principio τυ in πε τυ. Præteritū impfectum, aoriston pri mum, aoristō scdm pariter initio uariat.

Characteristica præteriti plus q̄ perfe cti à pfecto petitur, τέτυφα ἐπετύφθην, φ in utroq̄ est characteristica aoristi a futuro τύφω ἔτυφα. Fines ergo p̄ characteristicas

futuri ac præteriti uariant. Fac characterísticam rationem prudẽs colligas, ut singulis ordinibus, singulos characteras atque adeo cognatas literas deputes. β cũ ϖ cognata est, ergo eiusdẽ sunt coniugationis. φ cum κ nihil cõuenit, alterí° est igit ordinis κ, alterius φ. ludicrj hæc sunt, & acrimoniæ cuiusdam non plebeiæ, sine qua rationem μεθοδικὴν uerborũ non facile adsequere.

Coniuga.

Actiua declinabo, id est, διάθεσιν ω. Medijs non admixtis, ne qd non ordine suo iuuentus expectet.

Ὁριστικῶν ἐνεστῶς χρό.

Sí.	τύπτω	τύπτεις	τύπτει.
D.		τύπτετον	τύπτετον
Pl.	τύπτομεν	τύπτετε	τύπτουσι.

Παρατατικός.

Sí.	ἔτυπτον	ἔτυπτες	ἔτυπτε
D.		ἐτύπτετον	ἐτυπτέτην
Pl.	ἐτύπτομεν	ἐτύπτετε	ἔτυπτον.

Παρακείμενος.

Sí.	τέτυφα	τέτυφας	τέτυφε
D.		τετύφατον	τετύφατον

P. τετύφαμεν τετύφατε τετύφασι.

Υπερσυνθελικός.

S. ἐτετύφειν ἐτετύφεις ἐτετύφει

D. ἐτετύφειτον ἐτετυφείτην

P. ἐτετύφειμεν ἐτετύφειτε ἐτετύφεισαν.

Ἀόριστος πρῶτος.

S. ἔτυφα ἔτυφας ἔτυφε

D. ἐτύφατον ἐτυφάτην

P. ἐτύφαμεν ἐτύφατε ἔτυφαν.

Ἀόριστος δεύτερος.

S. ἔτυπον ἔτυπες ἔτυπε

D. ἐτύπετον ἐτυπέτην

P. ἐτύπομεν ἐτύπετε ἔτυπον.

Μέλλων πρῶτος.

S. τύφω τύφεις τύφει

D. τύφετον τύφετον

P. τύφομεν τύφετε τύφουσι.

Μέλλων Δεύτερος.

S. τυπῶ τυπεῖς τυπεῖ

D. τυπεῖτον τυπεῖτον

P. τυποῦμεν τυπεῖτε τυποῦσι.

Προσακλικός ἐνεστώς.

S. τύπτε τυπτέτω

D. τύπτετον τυπτέτων

P. τύπτετε τυπτέτωσαν.

Παρακείμενος.

S.	τέτυφε	τετυφέτω
D.	τετύφετον	τετυφέτων
P.	τετύφετε	τετυφέτωσαν.

Ἀόριστος πρῶτος.

S.	τύψον	τυψάτω
D.	τύψατον	τυψάτων
P.	τύψατε	τυψάτωσαν.

Ἀόριστος δεύτερος.

S.	τύπε	τυπέτω
D.	τύπετον	τυπέτων
P.	τύπετε	τυπέτωσαν.

Εὐθυλικῶν ἐνεστώς.

S.	τύπτοιμι	τύπτοις	τύπτοι
D.		τύπτοιτον	τυπτοίτην
P.	τύπτοιμεν	τύπτοιτε	τύπτοιεν.

Παρακείμενος.

S.	τετύφοιμι	τετύφοις	τετύφοι
D.		τετύφοιτον	τετυφοίτην
P.	τετύφοιμεν	τετύφοιτε	τετύφοιεν.

Ἀόριστος πρῶτος.

S.	τύψαιμι	τύψαις	τύψαι
D.		τύψαιτον	τυψαίτην
P.	τύψαιμεν	τύψαιτε	τύψαιεν, ἢ τὰς λικῶς, ἢ ἐπικῶς.

Sí. τύφθα	τύφθας	τύφθε
D.	τυφθάτον	τυφθάτην
P. τυφθάμεν τυφθάτε ἄχθηκα ἀλλ' ἀπλικοὶ τύφθαν καὶ ὄντως ἐν ἑτέροις.		

Ἀόριστος δεύτερος.

Sí. τύποιμι	τύποις	τύποι
D.	τύποιτον	τυποίτην
Pl. τύποιμεν	τύποιτε	τύποιεν.

Μέλλων πρῶτος.

Sí. τύψοιμι	τύψοις	τύψοι
D.	τύψοιτον	τυψοίτην
P. τύψομεν	τύψοιτε	τύψοιεν.

Μέλλων β.

Sí. τυποῖμι	τυποῖς	τυποῖ
D.	τυποῖτον	τυποίτην
Pl. τυποῖμεν	τυποῖτε	τυποῖεν.

Ὑπερτακλικὸς.

Sí. τύπτω	τύπτῃς	τύπτῃ
D.	τύπτητον	τύπτητον
Pl. τύπτωμεν	τύπτητε	τύπτωσι.

Παρακείμενος πρῶτος.

Sí. τετύφω	τετύφῃς	τετύφῃ
D.	τετύφητον	τετύφητον
Pl. τετύφωμεν	τετύφητε	τετύφωσι.

Ἀόριστος ά.

Si. τύφω	τύφῃς	τύφῃ
D.	τύφητον	τύφητον
Pl. τύφωμεν	τύφητε	τύφωσι.

Ἀόριστος δευτερος.

Si. τύπω	τύπῃς	τύπῃ
D.	τύπητον	τύπητον
Pl. τύπωμεν	τύπητε	τύπωσι.

Ἀπαρεμφάτων.

Ἐνεστώς τύπτειν	ὁριστ. ϐ. τυπεῖν
παρ. τετυφέναι	μέλλοντ. α. τύψειν
ὁριστ. ά. τύψαι	μέλλοντ. ϐ. τυπεῖν.

Paradigma integrum diatheseos ω sub iectum est oculis. Nolebam prorsus turbatum puerum, quare & media dempta sunt, & nihil uariationis χ͞ι διαλέκτους indicauimus. Itaq; sequent͂ scholia, quibus & τὰ χ͞ι διαλέκτους adnotabo, sed paucis, & regulares temporum formationes exequar. Id enim prope solum græca discentibus operosum est. Nos enitemur q͂ ad rem attinebunt, longe facillime, quippe ordine ac methodo tractare. Primum ergo de formationibus.

τύπτω.

Prima positio est, unde deriuabis reli-

qua tpa. Variãt aũt tpa & fine & initio.

ἔτυπτον.

Dupliciter a τύπτω deficit initio & fine.

De ἐγκλίσει regula.

